



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Hyperdvlia Mariana

**Berchmans, Johannes
Canisius, Jacobus**

München, 1636

XXI. Hyperduliae species, Ad honorem B. Virginis Carmina pangere.

Nutzungsbedingungen

[urn:nbn:de:hbz:466:1-55266](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:hbz:466:1-55266)

HYPERDVLIÆ SPECIES,

Ad honorem B. V, Car-
mina pangere.

§. I.

QVos amamus, laudare desideramus; quos laudare desideramus, nullo non dictionis ac scriptionis genere ornamus, alij prosâ, alij vorsâ oratione. Extat non vna Panegyris ad Principes mortales olim dicta. Extant & Encomiastica carmina ad eosdem directa. Sed nunquid non pari vel ampliori honore digni, Christus Augustus, & Augusta Mater eius MARIA, nostri Principes immortales? Profectò. Itaque non prosâ tantum, sed vorsâ etiam oratione literis & linguis omnium merito prædicandi. Factum id eximie à multis oratoribus, ac poëtis, & vtriusque Numini multis encomijs litatum. Et verò nomi-

nominatim parentatum fuit Hymnis à S. Hierotheo Magnæ Matri simul hanc posuit mortalitatem. Laudata porrò à varijs omnino carminibus Heroicis, Elegiacis, Lyricis, à S. Gregorio Nazianzeno, Sedulio, Hermanno Contracto, Petrarcha; Baptista Mantuano; Auito, Sanazario, Vida, Agricola, Philippo Menzelio, Mureto, Benzio, Iosepho Anchietà, Iacobo Pontano, Matthæo Raderò, Iacobo Bidermanno, reliquisque id genus etiam ætatis nostræ cycnis. Horum olorum volatibus inuitatus, horum cantibus delinitus ac prouocatus Berchmannus, ne quid in amore Mariano cuiquam concedere videretur, etiam ipse pennam mouit, & inter alia Hymnum cuius initium est Salue Regina, versibus conscripsit.

Virgil. pag. 15. part. 1.

S. II.

Premium Hyperdulie

Fuit, quòd hunc ipsissimum Berchmanni Hymnum poëticis numeris adstri-

strictum quidam ex Collegis eius dum
 Mechliniæ studeret (qui animum dein
 appulit ad religiosos Præmonstratenses,
 & iam tum certam adeo de Berchmanni
 sanctitate opinionem conceperat) reli-
 giosè sacri instar pignoris afferuet ad
 omnem posteritatem perennaturū for-
 tasse certiùs quàm illud poëma Lyricū
 Venusinæ Lucernæ olens, de quo ve-
 riùs, quàm de suo Flaccus nomine
 Berchmanni canere liceat:

*Exegi monumentum ære perennius,
 Regaliq; situ Pyramidum altius,
 Quod non imber edax, non Aquilo im-
 potens,*

*Possit diruere, aut innumerabilis
 Annorum series, & fuga temporum.*

Euge Berchmanne! Non tantum tui
 carminis, sed & nominis memoria erit
 sempiterna.

*Semper honos nominq; tuum laudēque
 manebunt,*

*Cantantes sublime ferent ad sidera cœni.
 Utinam plures sint similes tui, qui Par-*
 che-

thenia & Virginea legere & scribere
malint quàm Venerea Apuleiana, Ovi-
diana, à quibus incauta subinde iuuen-
tus miserè accenditur impurisq; igni-
bus accensa ad ignes deuoluitur sempi-
ternos.

X X I I.

HYPERDVLIÆ SPECIES.

Sabbatha B. Virgini sacra
Ieiunio venerari.

S. I.

SABBATHA B. MARIÆ Virg. festa
sunt. Hinc Ecclesia Catholica Romana
quemuis Sabbathi diem, imò quouis
Sabbathi die Virginem; singularibus Ca-
nonicis precibus quas Officiū B. V. in
Sabbatho vocant itemq; singulâri Missâ
religiosâq; à carnibus abstinentia vene-
ratur. Henricus II. Angliæ Rex quouis
Sabbatho ab hora IX. in diem Lunæ
proximum, vt & singulis Deiparæ pro-
festis iustitium Anglis indixit.

Rogerius in Histor. Angl.

Lu-